

Ich las in der Allgemeinen Zeitung schon oft die Anzeige von Herlossons berühmten Roman, *der Ungar*. Wenn Sie dieses Werk (in 3 Bänden, um den herabgesetzten Preis von 3 f. 36 xr C. M.) in Ihrer Buchhandlung führen, und es gelesen zu werden verdient, so bitte ich Sie mir ein gebundenes Exemplar davon bei Gelegenheit schicken zu wollen. —

Übrigens bin ich mit aller Hochachtung, wie immer, Ihr ergebener
Kisfaludy.

2.

Sümegh den 2. 9-ber 1837.

Lieber Heckenast!

Es freute mich recht sehr, dass Sie mein Rege: *Viola és Pipacs*, für Ihr *Emlény* noch zur rechten Zeit erhalten haben. Es freut mich auch, dass ich mein Gedicht *Balassa Bálint* durch H. von Reseta vom Censur-Tode gerettet, im Druck der Zukunft überliefert weiss. Nur wünsche ich, dass das patriotische Gefühl, welches dadurch, wie ich glaube, erregt werden soll, in den Lesern keine falsche Richtung, bei der Regierung keine falsche Deutung nehmen möge. Auf alle Fälle wird es gut seyn, wenn dieses Werk, so bald als möglich, in Ihre auswärtige Niederlagen verschickt wird, denn wir leben in einer bittern Zeit, wo man eine Fliege für einen Elephanten ansieht.

Übergeber dieses Schreibens ist Herr v. Édeskúti. Haben Sie die Güte, die Exemplare, so Sie mir ja überschicken die Gefälligkeit haben wollen, diesem Herrn, versiegelt, überzugeben. Von meinem Rege bitte ich noch um zwey Exemplare, deren Preis H. v. Édeskúti Innen erlegen soll. Ich will diese meinen Vettern und Freunden, den berühmten Landtags-Ablegaten, den Gebrüdern Anton und Franz von *Deák* verehren. Ausser dem bitte ich Sie mir ein Protocoll-Buch, von beiläufig 4 Büchern ordinärem, aber gutem Schreibpapier, steif eingebunden, im Format eines halben Bogens (nicht grosser Gattung) auch durch H. v. Édeskúti überschicken, die Freundschaft haben zu wollen. Ihr Buchbinder wird solche vermuthlich schon fertig haben. Den Betrag dafür wird H. v. Édeskúti erlegen.

Ich wünsche Ihnen viel Glück zu Ihren Unternehmungen, und bin mit aller Hochachtung

Ihr ergebener
Kisfaludy.

Közli: GÁLOS REZSŐ.

XVI. SZÁZADI MAGYAR IRODALOMTÖRTÉNETI VONATKOZÁSÚ ÚJABB LEVELEK A ZSÉLYI LEVÉLTÁRBÓL.

Történelmi irányú kutatásaimmal kapcsolatban a gróf Zichy-család zsélyi nemzetségi levéltárából már több irodalmi vonatkozású levelet közölhettem. Az alábbiak részint egyes magyar írók életének egy-egy mozzanatát ismertetik meg, részint a magyar múlt szellemi életéhez szolgáltának adalékot. Több levélnek irodalmi szempontból érdektelen részeit elhagytam.

1.

Pádua, 1501. ápr. 10.

Várday Ferenc páduai magyar deák Váradi Péter kalocsai érsek európai hírnevéről.

....«Etiam rogo dominationem, ut dignetur me commendare illi excellentissimo ac reverendissimo domino archiepiscopo Colocensi: Cui omnem benevolentiam ac animi tranquillitatem erga nostram familiam perspexi: Cuius etiam fama propter singularem doctrinam ac ingenii eleganciam eloquencieque omnipotentem vim nedum totam Italiam invasit, sed etiam omnes aliyas orbis partes, ad quas latina litteratura pervenit: Huic igitur me ad omnia sua servicia expositum esse meo nomine tua dominacio referat ac plurimum commendatum faciat. Vale mihi care parens; ad vota tua. Date Patavii decimo die mensis aprilis anno domini Millesimo quingentesimo primo.

(Várday Ferencnek atyjához, V. Miklóshoz 1501-ben írt leveléből. Eredetije a lvt. Missilesei közt.)

2.

Pozsony, 1508. nov. 6.

Várday Ferenc örömmel ujságolja, hogy János öccse More prépostot Velencében verssel üdvözölte.

«....Preterea de Italia habui litteras, quibus scripserunt Joannem filium frui optima valetudine et dat pro etate sua diligentissime operam litteris, quem sollicitare neque ipse cesso. Quinquaginta floreni eidem denuo sunt dati, et fuit Venecys apud dominum prepositum More. Coram eo etiam oracionem in carminibus protullit, que carmina idem dominus prepositus ad me brevi perferet; aliud ab eo Johanne non expeto. Nisi ut valeat et frugi homo sit. Cetera non deerunt sibi, que sunt bona externa, et ut doctus evadat...»

(Várday Ferenc fehérvári örkanonoknak és kir. titkárnak Pozsonyban 1508-ban nov. 6-án atyjához, Várday Miklóshoz írt leveléből.)

3.

Várday Ferencnek sajátkezüleg írt jóskönyvét, mely az 1500-as évekből származhatott és latinul készült, a Magyar Könyvszemlében fogjuk ismertetni.

(Eredetije a levéltár kéziratai között.)

4.

Róma, 1523. aug. 18.

Brodarich, Mohács történetírója, Lázói János magyar humanista haláláról és a török ellen indítandó nemzetközi mozgalomról.

Reverendissime et Colendissime Pater. Humilem Commendationem. Hodie sepelivimus d. Joannem archidiaconum vestre do. Rev.^{me} penitenciarium. Eius archidiaconatus ne ad manus alienas perveniret, et ne inde

successus temporis maiora aliqua incommoda et molestias vestra Rev.^{ma} d habere possit, ago nunc apud Pontificem, ut Emericus de Kalna, bonus servitor unacum fratribus vestre dominationis Rev.^{me}, adipiscatur. Nam nisi hanc viam tenerem, nescio cui conferretur, penitus extraneo et alieno, ut fieri consuevit. Qua tamen in re nescio quid adhuc sequetur. Supplicatur do. vestre Rev.^{me}, dignetur ipsam personam eius habere commendatam. Scio fratres eius ad unum omnes et ipsum concordasse optimum servitorem vestre Rev.^{me} do. Sit contenta vestra do. Rev.^{ma}, ut suis potius bene fiat, quam alienis. Vestra do. Rev.^{ma} scit bene, quid de talibus beneficiis fieri solet et quibus involutus talia soleant implicari. Nova nunc alia non sunt. Nam de consideratione inter omnes pene tocius christianitatis principes v. huius mera fide interpublicata, credo iam vestram do. audiisse. Eam credo ego rebus nostris fore procul dubio salutarem. Hec raptissime. Me rursus in gratiam vestre do. Rev.^{me} et hoc negotium humiliter commendo. Ex urbe XVIII Augusti 1523 eiusdem v. Rev.^{me} do.

servitor deditissimus
S. Brodaryth orator

Kívül: Rev.^{mo} domino meo, domino fratri episcopo Transilvaniensi etc., domino observandissimo.

(Eredetije papiron f. 4 n. 1726. alatt.)

5.

Róma, 1523. nov. 16.

Brodarich kir. követ a meghalt Lázói János thelegdi főesperes, magyar gyóntató, és püspöke Várday Ferenc erdélyi püspök közti per megszüntetéséről, a püspök által a római magyar pálosoknak fizetendő összegről, a pápa választásról stb.

Rev.^{me} Domine, Domine mihi Colendissime. Iam binas dedi litteras ad D. vestram Rev.^{mam} de ea re, de qua d. Emericum literatum, servitorem suum, ad me miserat; quibus, ut se res habuisset, habunde perscripsi. Nunc autem et autoritate Rev.^{mi} Domini Cardinalis de Medices, P(rotec)toris regni Hungarie, qui se antequam Conclave ingrederetur, huic negotio fuerat, et mea maxima diligentia ac labore, ad hunc finem tandem, ad quem me nunquam sperassem, deducturum. Conventio igitur inter me bani pridem mortui executores ita facta est, ut ipsi litem d. Vestre amplius ne faciant sub pena dupli eius summe, quam Dominationem V. R.^{mam} solu(ere) constitutum est; cuius rei obligationem manu sua scriptam is, cuius maxime interest, executor mihi dedit. Rursum, ut D. V. Rev.^{ma} per totum hoc tempus, usque ad finem Martii, sexaginta flor. in auro huc mittat, non executoribus, ipsi enim neque unum obulum sibi dari ex ys petunt, sed Coenobio fratrum Hungarorum de Celio Monte, in quo ille sepultus est, ut sit elemosina pro anima eius; quod si per illud tempus D. V. Rev.^{ma} pecuniam illam non miserit, ut liceat illis rursus de integro contra D. V. R.^{ma} procedere ac litigare. Quapropter D. V. Rev.^{ma} consideret rogo diligenter, quid agendum sit. Mihi profecto hoc negotium eo modo confectum videtur; ut id neque comodius, neque melius confici posse, aut potuisse unquam existimem. Reputet D. tua Rev.^{ma}, si litem de integro

moverint (quemadmodum eos omnino moturos existimo, nisi pactum servetur), quante impense sint faciende, profecto vel ad unam missionem huc, illos LX. flor. expendet D. Vestra Rev^{ma}, ut omittam si illi causam obtinuerint (ut confidatur) quantum persolvere D. V. Rev. necesse facturum est. Ego certe (loquar enim ut deditus servitor D. V. Rev.) equum esse et neque inutile existimarem, si D. V. Rev.^{ma} non solum istam paucam pecuniam illis pauperibus fratribus mitteret, verumetiam si quid aliud est rerum vel illius plebani, cuius ipse executor fuisse dicitur apud D. V. Rev.^{mam}, quod integra conscientia teneri non possit, eam quoque ad usos pios, et bona opera impenderet. Expectassem Pontificis electionem, ut cum eo quoque agerem. Ceterum quoniam res ita nobis successit, ut neque Pontifex eam commodius expedire potuisset, non putabam mihi diutius expectandum, ne impensis inanibus per servitorem suum D. V. Rev. gravaretur, presertim quod iam is sibi impensis deficere querebatur. Nam quia^{na} litem extingui Pontificis autoritate sperabat, contra voluntatem ex non modo difficile, verumetiam impossibile videtur, alioqui iniqui de ducentis quoque florenis et nuper scripsi, et nunc idem scribo; de illis Dominus Johannes archidiaconus pie memorie testamento D. tuam Rev.^{man} so.. debere scripsit; etiam si ego (qui minimus sum inter ceteros huius testamenti executores) subticere vellem, tamen alii nullo modo tacebunt, neque cessabunt, quousque illa summa reddatur. Proinde de illis quoque curam habeat D. V. R., ut quamprimum mittantur, ne aliquod negotium gravius inde (quod nollem) D. V. Rev.^{me} oriatur. — Emericus literatus servitor D. V. R., cum diutius hic mansisset, quam eum D. V. R. mansurum existimabat, adeo omnia expenderat, ut ei ad iter nihil reliquum esset, quare, cum discedere vellet, rogavit me, ut flor. sedecim mutuo darem; quos D. V. R. quamprimum remissura esset. Ego quidem ei dare non potui; quum ipse quoque non parva angustia rei pecuniarie laboro. Ceterum volens declarare, me in omnibus quibus possum servitorem D. V. Rev. esse curavi, ut ab alio illos sexdecim flor. mutuo habere posset, atque ipse pro iis fideiussor factus sum ea condicione, ut nisi d. V. R. ad prestitutum terminum mitteret, ipse mea pecunia solvere deberem, idcirco rogo D. Vram R., ut hanc quoque pecuniam, quamprimum remittat, ne ego dum morem gerere D. V. R. curo, ipse in aliquod damnum rerum mearum incurram, sed et de hoc et de aliis omnibus latius D. Vre R^{me} Emericus servitor eiusdem narrabit, cui fidem D. V. R. habere dignetur. Opto eandem felicissime valere. Rome XVI. Novembris Anno MDXXIII.

Rev^{me} et colēn^{me} dñe. Hec propter occupationes manu aliena mihi scribende fuerunt, ignoscat igitur queso. v. R^{ma} Do. De hys autem curam geram, ne rursus novas habeat curas. Res uti vre do. vider ... ducta est ad bonum portum.

Illum Ioannem ... rum commendo rursus v. do. Rev.^{me} dignetur me face quid nam sit ei sperandum de quo et per hunc ip um.

Nova alia Pontificem nondum habemus. Neque scio quando habituri s... Galli adhuc sunt sub Mediolano. R^x Galliae Lug. .ni, Caesar in Regno Navare in Galliam veniens cum ingenti exercitu. Ego tot contentionum nullum spero finem.

D. Emericum Kalnaÿ in facto archidiaconatus Thilegdiensis V. do. R. commendo. Egò quod feci magis feci ut v. do. Rev^{ma} liberetur ab omni molestia, quam ob d. Kalnaÿ qui tamen et ipse meretur certius, omne bonum, tum ob mores probatissimos ac doctrinam non vulgarem, tum ob singularem fidem ac servitutum, qua est v. d. R. adictissimus, eum igitur totam in suam gratiam v. do. R. recipere obsecro dignetur et me in eo in quo alias habuit numero semper habere.

Do. vestra Rev.^{ma} bene ac prudenter fecit, quod miserit hunc ipsum servitorem suum. Nam si non venisset et presertim si iste vacaturas iudiciorum non abstissent, tales procul dubio processus in hac causa facti fuissent, ut non actioni ulli, sed soli solutioni nobis locus fuisset relictus. Nihil aliud rescribat, quam ut sententia ferretur sicut latius poterit hec idem E. referre.

Eiusdem v. R^{me} do.

perpetuus servitor et
capellanus
S. Brodarijch
orator

Kívül: Rev^{mo} domino meo, dn̄o Francisco de Warda ep̄o. Transilvano, domino observandissimo.

(Eredetije rongált állapotban f. 4. n. 1727. alatt.)

6.

Buda, 1524. máj. 2.

Balbi Jeromos, a híres humanista értesíti Várday Ferenc erdélyi püspököt, hogy Imre öccse egyike Ferdinánd udvara legkiválóbbjainak.

Rev.^{me} Domine et frater honorande. Accepi nuper Rev.^{mae} D. V. litteras, quibus suum mihi fratrem commendat, quem etiam hactenus quibuscunque in rebus potui, summo semper studio fovi, idque tum Rev.^{mae} D. Vestrae causa, tum illius, qui ÿs est moribus praeditus, ut sibi omnium facile germanorum, quibus cum versatus est: animos, atque benevolentiam compararit. Arbitrorque iam per longum annorum decursum neminem illius ordinis ex hoc regno egressum, qui tantum gratiae, ac amoris apud exteros fuerit adeptus: id quod non perscribo captandi causa, aut ut eo mihi nomine Rev.^{mam} D. V. arctius devinciam, sed ut et testimonium veritati reddam, et eadem summa laetitia perfruatur ex eo fratre, qui omnibus morum, virtutumque laudibus est egregie insignitus. Ego vero, quicquid tum apud Ser.^{num} Ferdinandum, apud quoscumque se occasio obtulerit, opera, studio, autoritateque, quantulacunque efficere ac praestare poterò, in id semper conferam, ut me et fratris eius amantissimum, et Rev.^{mae} D. V. deditissimum evidentissimis argumentis experiatur: Quam semper felicissime agere spero, et opto. Ex Buda die secunda May M D. XXIII.

E. Rev.^{mae} D. Vestrae

Hieronymus episcopus Gircensis
Imperii princeps.

Kívül: Rev^{mo} Domino, D. Francisco de Warda episcopo Transilvaniensi domino et fratri honorando.

(Eredetije a lvt. Missilesei között.)

7.

Pozsony, 1550. febr. 25.

Bornemyza Pál veszprémi püspök Bornemisza Abstemius Pétert szivesen maga mellé venné deáknak.

«...filium Pauli literati Abstemium, de quo dominacio vestra E. coram mecum egit, libenter penes me habere velim, quia scriba tali indigeo...»

(A püspöknek komájához, Kisvárday Mihályhoz intézett leveléből, melynek eredetije a lvt. missilesei között.)

8.

Csenger, 1569. szept. 8.

Meliusz Juhász Péter mint a Chaholý Ferenc és Melýth György közti békéltető bírák egyike.

Compositio inter egregios Franciscum Chaholý
et Georgium Melýth in Chenger
Octava Septembris A^o 1569.

Gratia et pax omnibus has visuris. Notum facimus omnibus quibus expedit universis, Quod cum mandatum in primis Dei, de dilectione proximi et concordia fratrum attendissemus, finemque nostrae salutis, hoc ipsum iuste ab omnibus requirere, ut concordet sint omnes electi, beati etiam illi a domino pronunciantur, qui pacifici sunt, maledicti autem, qui sunt discordiae authores.

Mandato quoque magnifici domini Jacobi Ramýngery Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis partium regni cis Thybiscanarum ac Zathmariensis capitanei supremi singulariter admoniti fuisset.

Nos Franciscus Pesthy, Demetrius Forgolani, Ioannes Gyármán, Petrus Melius, ad septimum diem Septembris Chengerinum convenientes, uno et eodem spiritu et mente causam et litem inter egregios et nobiles dominos Franciscum Chaholý et Georgium Melýth, ex possessione, ex parte possessionis, quae iure haereditario Georgý Chaholý caecinati, et fratrum eius uterinorum fuit, et per executionem iuris ad egregium Dominum Franciscum Chaholý devolutae erant, sic composuimus:.....
..... Actum in Chenger die octava Septembris Anno domini Millesimo sexagesimo nono.

(A csaholyi birtokok felosztását tartalmazó levél eleje és vége. Az eredeti a lvt. f. 10. n. 137. alatt.)

9.

Meliusz Juhász Péternél kölcsön-könyvek.

«az három könywetis hattam wala, hogý ala kýlgýed az kýth az predikathortwl meg hoztal wala. Eggieth sem kýldettel ala. En nem Thwdom mý legýen az oka»

(Melyth Ferencnek Diósgyörött 1572 nov. 29-én Nagy György alsóci szolgálójához írt leveléből, melynek eredetije a lvt. missilesei között.)

10.

Draskiutz magyar fordító 1573 előtt.

«Towabba jdes fyam kerlek, hogy az Melýth pal könyweýth hozasd ala onnet Bartpharul walakiwel, mertt Melýth Peternek ninchýen mýbeol tanulny cicero wolt wergilius wolt catechýsmus wolt terencius wolt, egieb sok zamtalan jrott könywekys woltanak, aztán nyomtatot könywekís woltanak de en felýth sem tudtam megh nevezni oztan egy magyar könywis wolt Iriny Vincze könyve wolt az kit Draskiuttz magiarul fordított.»

(Melýth Györgynek Ezekérol 1573 jun. 18-án kelt és fiához Istvánhoz írt leveléből, melynek eredetije a lvt. missilesei között.)

11.

1577. október 8.

Thelegdy Miklós magyar munkájáról.

«Thelegdy Mýklós, eszterghamý praeposth, chinaht magiarwl egy postilath, kýnek megh walthassara kvnýw nyomtathothwl ewmagha nem elegh hanem theob wraýnknak barathinknak kell megh ssegheýthený. Kerem kegdeh: hogy kēgd. legien ssegýcheghel, lathwan a' Iambornak hazayához es nemzethýhez walo jo igýkezetýth. . . .»

(A tinini püspöknek Nyitrán 1577. okt. 8-án kelt és Kisvárdai Wardy Mihály kir. tanácsos, pohárnokmesterhez írt leveléből, melynek eredetije a lvt. missilesei között.)

12.

Várda, 1592. jan. 9.

Brutus, aki a magyarországi historiákat csodaszépen írja, Erdélybe megy.

Egregie domine, amice observandissime. Salutem et mea parata servitia. Noha k. ennekem haza iuteben sem irt, sem izenth, en megh tartom az zomzed baratsagnak regulaiath. Hala legien az io Istennek hogi k. w zent fels. bekevel hozta haza. es ez uj eztendeoben, az utana valokbanis lassa minden iokkal es zerenchekell megh. Mikor Isten zembe iutat kēgd. beuvi-ben zolliunk egiebekrul. Mostan chiak ezen kerem k. Az Lengiel kjral Historicussa kj volt Brutus az kj az Magyar orzagi historiákat iria mostis chuda zepen, es chiazartulis nagi fizetese vagion rea. mostan Erdelbe megien k. ne hagia valami gazdasagal legien nekj, megh zolgalom k. Isten soka eltesse k. Irtam Vardaban 9. Ian. Anno 92.

(E. D. Vestrae)
uti frater
N. Zokolj.

Kívtül: Egregio domino Ioanni Kereký etc., domino amico uti fratri observandissimo.

(Zokoly Miklósnak levele Kereký Jánoshoz. A levél eredetije a lvt. missilesei között.)

Közli.: LUKCSICS PÁL.